

stra Germania asseverem. Inter maxime detestandos istos *abusus*, merito quoque referendi sunt errores, tam eorum qui officio & conscientia sua abutuntur, & vel circumforaneos, infensissimos istos Christianorum hostes, judæos, in Doctores bullatos promovent, vel testimonia eruditionis & peritiæ medicæ suppeditant; qui libros medico-præcticos vernacule scribunt & in lucem emittunt; quam incolarum Medicos veros non pro merito; sed pro arbitrio, sæpeque pro iniquissima animorum inclinatione, æstimantium, propria sua imprudentia aut malitia tales nequitias, partim iniquis *suas* commendationibus, partim falsis persuasionibus, servitiis & auxiliis, in proprium sæpe suum damnum vergentibus, favent ac promovent. Quam ab causam, ut tot contra tanta R.P. detrimenta, cum laude adornatæ constitutiones (inter quas iterum toties *Constitut. Hassiac. nostra Med.* (t) allegata præeminet,) exacte observentur, omnibusque agyrtis (u) nulla praxiu exercendi medicam daretur licentia; omnes vero illi, auxilia ad talia detrimenta dantes, monitis, minis aut poenis ab illis abarceantur, optandum esset.

(t) cap. I. p. 1. c. X. p. 24. c. XI. p. 25 - 27. (u) Wolff, Polit. §. 380. p. 355.



Med. for 118, 27.